UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 34. Electio Cæsaris Francofordiæ decreta

urn:nbn:de:hbz:466:1-66414

Visual Library

Secul. XVI. A. C. 1519.

rus, eundem Sanctorum albo inſeruit, ejusque feſtivitatem ſecunda Aprilis, quæ obitus ſui dies erat, celebrandam indixit. Agebantur ingenti prorſus pompa Canoniſationis ſolemnia hoc anno die prima Maji.

§. XXXIV.

Electio Cæſaris Francofordiæ facta.

Guicc. l. 13. Belleſor. l. 5. c. 29. Apud Schar. oper. hiſt. t. 2. & 3. Rer. Germ. Freh.

Interea S. R. I. Electores diuturniorem, quam Francofordiæ re infecta trahebant, moram pertæſi animo conſtituebant, quod in electionis negotio neutrius ad Imperii coronam adſpirantis rationibus aurem amplius accommodare, ſed ambos Carolum Hiſpaniæ, & Franciſcum I. Galliarum Reges, utpote extraneos inde excludere velint.

§. XXXV.

Imperium Electori Saxonico oblatum, atque ab eo recuſatum.

Schleid. in comm. de ſtatu Relig. & Rep. l. 1. p. 29.

Communi igitur ſuffragio ex natione Germanica, atque Electorali Collegio Principem eligere decernebant; quapropter Friderico Saxoniæ Electori, qui ob præclara merita, prudentiam, ceteraſque animi dotes *Sapiens* cognominabatur, Cæſaream coronam offerebant. Hic tantam dignitatem haud temere recuſan-